

dibile esse, quod ait *Lupacius* ad d. 16. *Julii*, Libros quosdam *M. Matthiae* promiscue cum *Wicleffianis Pragrae* 1410. exustos fuisse; dein: *Petrum Dresdensem* et *Jacobum de Miza* non amplius *Communione Utraquisticae* autores esse dicendos. Extrema Operis nostri sunt: *et ut ecclesia sua esset unum sicut ipse et pater est unum*. Verum videat Lector observata ad *Cod. CCCXXXV.* et, ut lubuerit, statuatur.

II. fol. 220. Brevis Explanatio Orationis Dominicae, quae infit: *Sciendum quod hec dominica oratio dicitur, quia dominus noster Iesus christus proprio suo ore benedicto composuit &c.* quamque ad eundem Autorem referre non dubito, qui non obstantibus relatis in Prooemio *supracit.* ait: *ista scripta et omnia mea humiliter et deuote subicio matri mee piissime Romane ecclesie &c.*

DLIII.

938 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 253. 4. commode perscriptus et rubricis enotatus continet: I. *Tractatum*, ut in calce legitur, *de praxi Romane Curie*, qui in Elencho praeuio tribuitur *Magistro Matthaeo de Cracovia.* An non potius ad *Huffsum* referendus sit, suspicionem movi ad *Cod. CCCXLII.* Mihi certum saltem est, injuria inscri-

bi *Matthaeo de Cracovia*, quamvis teste *Bern. Pezio Dissert. Isag. T. I. Thes. Anecd. p. 6.* etiam in *Codd.* aliis ejus nomen praeferat, et sub eo *Basileae* primum 1551. dein T. II. *Fasciculi Rer. expetend. &c. Edw. Brownii Londini* 1690. p. 584. f. impressus fuerit. *Matthaeus*, ut est apud *Trithemium de Scriptt. Eccl. n. 654.* pulsus *Praga* cum aliis *Teutonibus* ab *Huffitis* (male in *Fabricii Bibl. med. Lat. L. 12. et Huffitis*) *Ruperti* Imp. Cancellarius, Episcopus *Wormat.* et 1408. Cardinalis *Eccl. Rom.* factus est, ad quam dignitatem sane non pervenisset, si *Libelli* nostri fuisset autor. Si igitur hic *Huffi* partus non sit, ad *Matthiam* dictum *Parisiensem*, five *de Janow* referendus videtur, errore nominis *Matthaei* pro *Matthia* per *Codices* propagato, quod non insolens; hic enim *Matthias* a *Lupacio* in *Ephem. Rer. Boem.* ad 30. *Novemb.* et acerrimus impugnator corruptelarum et abusuum, et autor *Libri de Antichristo*, qui inter *Huffi* Opera editus est, fuisse fertur. Confule *Cod. CCCXXXV.* et praeced. Initium porro *Tractatuli*, qui alias etiam *de Squallore Rom. Curiae* audit, est: *Moyse sanctus et tanquam solitudinis amicus &c.* Ad calcem accedunt 7. *Versiculi* contra *Curiam* et:

Qui scripsit dicta, nomen ejus vocatur paliczka.

2105

P O L E M I C I.

2106

* II. fol. 33. p. 2. succedunt Opuscula *Job. Wiclefi*, et primo *Dialogus*. Initium: *Cum ydemptitas sit mater fastidij &c.* ut alias. Ad calcem *Pliaczka ἀγαγεαμια* Librarii, qui post longam enumerationem Officiorum tres hominum Conditiones, quae hoc Opere erudiuntur, constituentium subdit: *Anakonczy Paliczka przietel*, i. e. *Ad finem Paliczka Amicus*.

III. fol. 67. p. 2. Ejusdem *Pastorale*. Initium: *Cum duplex debet esse officium &c.* ut alibi. Ad calcem nil nisi Index.

IV. fol. 98. ut in Elencho praevio Ejusdem *de Fundatione Fratrum*. Alibi inscriptus *de Fundatione Sectarum* incipit: *Motus sum per quosdam &c.* Nihil ad calcem.

V. fol. 122. ut ad calcem Ejusdem *de Noua preuaricancia mandatorum*. Initium: *Cum secundum veritatis testimonium &c.* ut jam alias.

VI. fol. 133. Ejusdem *de Simonia* praemisso Conspectu, qui incipit: *Sententia tractatus de symonia capitulariter sic habetur &c.* Ut alibi. Ad calcem Distichon illud mendosum: *Explicit hoc verum &c.* et Index.

VII. fol. 193. ut e calce adsumo: Ejusdem *Responsiones ad argumenta cuiusdam socij emuli veritatis*. Ut alibi. Initium: *Quidam socius quem suppono &c.* Subscriptus: *Andreas paliczka vester in omnibus: Jeronimus*. Quid istud?

VIII. fol. 217. ut in Elencho praevio: *Replicatio Magistri Jobannis Hus contra intimationem Magistri Mauritij Monachi*. Initium: *Quia predicando Ewangelium ad populum &c.* In Operibus *Hussi* editis T. I. p. 168. et nobis *Cod. CCCCXXXII*. inscribitur: *Contra occultum Alversarium*. En igitur illum manifestum. An vero is sit *Mauritius de Praga* non semel nobis memoratus, et an idem cum illo *Magistro Mauritio*, cui Doctores *Pragenses* contra mandatum *Innocentii VII. a. 1404 — 6.* locum dare recusarunt, ut illis pluries oggerit *Hussus*, dicere non habeo.

IX. fol. 237. p. 2. *Job. Wiclefi*, ut e praevio Elencho, et ad calcem, *Tractatus contra Cruciatam Pape*. Initium: *Cum secundum fidem catholicam Rom. s. timentibus deum &c.* et relatus fuit alias.

DLIV.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, lat. Sec. partim XV. partim XIV. Folior. 212. f. parte priori caractere atro, luculento conscriptus, rubricisque distinctus exhibet: I. Commentaria in *Oseam* Prophetam, non utique *Wiclefi*, ut jam *Cod. CCCCXCIII*. monui, sed neque *Job. Hussi*, ut e dicendis patebit. Prooemium incipit: *Heliseus arabat in duodecim iugis boum. III. Reg. 19. Heliseus iste christus est, qui solet arare*

L 11 2

hoc